Gubernatores eiusdem Civitatis murcie cartagenensis diocesis existentes Intra cameram
Curie dicte Civitatis nostrum consilium facientes et representantes ut nostri moris est
congregati ac existentibus ibidem et presentibus ibidem honorabilibus viris petro carrillo
beltrano de guevara didaco fernandi de penyaranda Johanne de valladolid sancio ruys de
sandoval alfonsso abellan alfonsso celdran Rodrico vasques alfonsso de abnyon et didaco
egidi Juratis eiusdem Civitatis. Nos corrector et Justicia ac Rectores prefati nomine
totius prefate universitatis Iam dicte ad plenum confisi de dictorum dominorum nostrorum
Regis et Regine hordinacione de licencia nobis super hoc concessis cupientes mandatis ipsorum
Integre parere pro salute Regnorum et subditorum suorum euidentique utilitate prosperita et tanquam
sufficienter ab eisdem dominis nostris Rege et Regina dispensantibus sine derogacione Jura
menti fidelitatis eisdem per nos debiti promissimus Iuravimus promittimus et Juravimus
pro nobis et successoribus nostris In bona fide nostra et super sancta dei quatuor Evangelia
corporaliter per nos tacta omnes illas amicicias ligas convenciones articulos et confedera
ciones Initas conclusas et Iuratas Initos conclusos et Iuratos per prefatos dominos prin
cipes pro eis et successoribus eorum tenere adimplere et Inviolabiliter observare nunc et
inperpetuum quantum In nobis erit et facultates nostre suppetent adeo quod si contingat
quod deus advertat ex nunc vel tempore futuro serenissimos dominos Regem et Reginam
nostros dominosque successores suos vel alios quoscumque huiusmodi amicicias articulos et con
federaciones In totum vel In partem infringere vel ipsis aut alteri eorum In aliquo
derogare quod Nos et successores nostri totis viribus nostris procurabimus et procurabunt
ut ipse confederaciones et articuli et omnia et singula In eisdem contenta roboris obtineant
firmitatem secundum tenorem et expressam continenciam ipsorum ac ipsarum quos et quas
hiis pro insertis et expressis haberi volumus et habemus per inde ac si de verbo ad
verbum insererentur pro quibus quidem omnibus et singulis manutenendis conservandis
et adimplendis submissimus obligavimus submittimusque et obligamus nos et nostros suc
cessores Juribus cohercionibus et compulsionibus ecclesiasticis sub penis et censuris sancte
ecclesie romane recepcionisque concessionis inter dicti universalis inhar urbe predicta re
nunciantes omnibus et singulis privilegiis ordinacionibus et aliis quibuscumque In contrarium
factis et faciendis. In cuius rei testimonium has presentes nostras litteras sive hoc presens
publicum Instrumentum In se continentes sive continens exinde fieri et per notarium
publicum Infrascriptum subscribi et publicari mandavimus Sigillique prefate univer
sitatis et Civitatis murcie Iussimus et fecimus appensione communiri Datum et actum
In dicta Civitate murcie In nostro consilio die vero martis octava mensis octobris anno
a natiuitate domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio presentibus ibidem Egregio
viro francisco guillermo de alicante decretorum doctore ac Johanne de contreras et petro carles
In decretis bacallariis et alfonsso de palazol escriba dicti consilii Civibus dicte Civitatis
murcie Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

✝ Et ego alfonsus egidii de murcia presbiter dicte diocesis porcionarius In ecclesia cartaginensi
publicus apostolica auctoritate notarius quia predictis promissioni Iuramento omnibusque aliis et
singulis dum sic ut premittitur hagerentur et fierent una cum prenominatis testibus pre
sens fui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideo [illegible] notam sumpsi ex qua hoc pre
sens publicum Instrumentum extraxi per alium fideliter scriptum Inde publicam for
mam redegi Signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum sigillo prefate Civitatis
murcie appensione signavi In fidem et testimonium omnium et singulorum [illegible]
rogatus et requisitus